



...dial


...
KIM


660











147



DE
 USUCAPIONIBUS ET
 PRÆSCRIPTIONIBUS

PRÆSIDE
 NOBILISSIMO

GOTTFRIDO SUEVO,

JCTO, CODICIS P.P. CURIÆ ELECTORALIS,
 FACULTATIS JURIDICÆ ET SCABINATUS
 ADSESSORE

Amplissimo, Patrono Præceptore.

DISPUTAT

ANTONIUS BERTRAM *SEMEN*

Ad diem 21. Decembr.

In Auditorio Jctorum.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

Anno MDC LIV.

GEORGIUS PRINCEPS

ALBERTUS PRINCEPS

ALBERTUS PRINCEPS

ALBERTUS PRINCEPS

ALBERTUS PRINCEPS

ALBERTUS PRINCEPS

ALBERTUS PRINCEPS



V I R I S

NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS. CONSULTISSIMO

Atq; EXCELLENTISSIMIS.

GEORGIO TULSNERO JCTO

CONSUMMATO,

ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS GEORGII
HASSIÆ LANDGRAVII, CONSILIARIO,
inque CELEBERRIMA ACADEMIA LUDOVICIANA
P.P. AFFINI SUO HONORANDO

T U M

AUGUSTO BUCHNERO,

ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS SENIO-

RI, ELOQUENTIÆ AC POESEOS P.P.

HOSPITI AC DOMINO SUO COLENDO.

TIBI, CONSULTISSIME TULSNERE AMO-

RI AC DESIDERIO ERUDITORUM, IDEÆ

CANDORIS, ÆQUITATIS CUSTODI,

IN CVJVS PECTORE FIDES SEDEM FIXIT,

DUM VIRTUS ET HONOR DE TUI

IPSIUS CONCERTANT INVICEM

FELICITATE

PRIMUM OBSEQUIUM AC BONAM MEN-

TEM EXPLICAT ULTERIUS;

MAGNE BUCHNERE, DECUS ORATORUM,
ERUDITÆ PROFUNDITATIS PRECIUM, SYM-
BOLUM ANTIQUI LUMINIS ATQUE SCIEN-
TIÆ, PHÆNIX GERMANIÆ

IN QUO HABEMVS PLVRA, QVÆ VENERAMVR
SILENTIO; EX CQJUS VULTU SUMIMUS,
UNDE PROFICIAMUS TACITI.

SUFFICIAT ERGO PER TRANSENNAM
APPELLASSE NOMINA VESTRA

VALETE VIRI FLORETEQUE; TU
WITTEBERGÆ: ILLE GIESÆ:
LUMINA VESTRARUM
SCHOLARUM SPLENDIDISSIMA

QVIBUS

SUIS PATRONIS OPTIMIS MAXIMIS
LIBELLUM HUNC

CUM PROLIXO CULTU
UTRIUSQVE MEMORIÆ

SACRUM CUPIT

AUTHOR.



Ad

Eximium & eruditissimum

DN. RESPONDENTEM,
Disputationis Autorem, Amicum
per quàm dilectum.

Nunc animo promptus studioque ascende
cathedram

Et foetum ingenii maturum expone videndum:
Aut si forte aliquem naevum detexerit Argus:
Hunc dextrè tegat apta manus, magis atq; poli-
tum

Sistat. Sic Patriæ atq; Patri spes magna paratur

ita gratulat

Præses.

Ad

Ad

Eximium & Præstantissimum

Dn. Respondentem
amicum dilectum.

Ingenio quantum valeas ostendere doctis
Dum gaudes SELLI, ne sapis egregie.
Gratamur meritò. Belle molimina cedant
Pro magnis ausis præmia magna feras.

Henricus Coselius D. PandectP.

Ad

Præstantissimum

Dn. Respondentem

Iustitiæ jurisq; vias Doctissime Sellen/
Sectari & Themidos transire in castra quod o-
ptas,
Hinc Te verus honos hinc digna brabea mane-
bunt.

Samuel Ritter/ J.V.D.P.P.
Ad

Ad

Eximium & Præstantissimum Juvenem

ANTONIUM BERTRAMUM SELLEN;
de Jure publicè Respondentem.

DUm nodos SELLI, legum atq; anigmata solvis
Legitimoq; paras arma diserta foro,
Perge, Dice, patrios, inquit, tibi spondeo honores:
Venit eò haud alià nam pater ipse viâ.

*In gratiam Convictoris atq; domestici
sui suaviss. scr.*

Augustus Buchnerus P.P.,
& Acad. Senior.

HOc, sapere & rerum caput est, quæ continet
ulus

Discere, nec segnes neçtere mente moras.
Qualem te, SELLI juris præscriptio fingit.
Et dabit hoc vitæ non minus atq; scholæ.

scriebam Wolferbyti
Caspar Alexandri D.
serenis. Duc. Brun.
ac Lun. Consil.

Ad
Pereximium ac Præstantissimum
DN. RESPONDENTEM.

PRudentis est servire tempori primum,
Cui denegare velle turpiter morem,
Res donec ipsa se det altius ducta,
Hoc perdere equidem est, non salutem adaugere
Quid aliud est præscriptio, ipsa quàm rerum
Maturitasq; & paula temporum iusta,
Possessionum domina docta cunctarum?
Hunc eruditis quando differis chartis,
SELLI, tuis, quid explicare te credam,
Præter quòd æquè jura calleas prudens
Præscriptionum, principemq; virtutum,
Necessitati temporiq; parere.

Johannes Ericus Ostermannus,
P.P.



THESIS I.

Materiam Usucapionum & præ-
scriptionum earumque genuinam natu-
ram, sedem atque utilitatem in foro pa-
riter ac vita civili indagaturi, ante omnia
neesse habent, introspicere propriam
vocalorum & definitionem ac divisionem, earundem-
que plura attributa, quibus neglectis, non est ut in eius in-
quisitione feliciter pergere, aut magnum sibi inde fru-
ctum polliceri possint; Et sane notum est, quanta vo-
cabulorum *Usucapionis ac longi temporis præscriptionis* quon-
dam fuerit distantia, quod vel leviter inspicienti *ex pr. j. de*
Usucap. & long. temp. præscr. patebit, ubi Imperator veteris
usucapionum juris reliquias percenset, & copiose hac
persequitur *Donell. lib. 5. Comment. juris & Treutl. volum 2. disp.*
22. th. 1 p. tot. Unde nos ante omnia in hac dissertatione,
inquirere oportet definitionem, divisionem ac dif-
ferentiam, cum pluribus earundem attributis, qui-
bus ut secundum philosophorum regulam verus di-
sciplinæ ordo innititur, ita nec *ictus* omnino spernit re-
ctâ procedere via, & non tam legum insistere gradibus
quàm ijs ex philosophiæ lumine addere aliquid decoris
ut patet *ex l. præses 1. §. 5. D. de extra cognit. & l. si pater XXXVI.*
D. de solut. l. si quis. XI. D. de nundin. & l. Cicero XXXIX. D. de pænis.
putat verò Ulpianus veram non simulatam philosophi-
am ut dicitur *in l. 1. §. 1. D. de j. & j. cum & Imperatores pas-*
sim id in Corpore nostro juris inculcent, & inde philoso-
phi

A

phi audiant, ceu perspicuum est ex l. cum silanianum XI. C. de
bis quib. ut indign. aufer. l. vult constitutio XII. C. de repudiis &
novell. XXII. C. XIX. in fine. Et Ulpianus philosophiã
comite sine quavis difficultate casus decidere, & leges, eã,
qua pollebat facundiã atque philosophiã illustrare non
erubuit.

II. Antequam verò rem ipsam aggrediamur, satis
prudenter fecisse puta bimus, quando primò congruen-
tiam ac discrepantiam usucapionum cum jure naturali
perspexerimus, & sane poterit hæc thesis omninò defen-
denda suspici ac tolerari. Quòd usucapio, humani
generis & conscientie patrona. *Grotio teste in florum spars.*
C. de prescript. 30. vel 40. annor. cum jure naturali atque
æquitate non pugnet, licet ejus origo proveniat ex jure
quiratum in de tamen hæc consequentia non facile dedu-
cetur, Quicquid est juris positivi Romani est contra æqui-
tatem naturalem, finis enim usucapionum indicat, boni
publici causa eam introductam esse, ut videlicet aliquis
sit litium finis ut dicitur *in l. fin. D. pro suo.* Quare & à
Cicerone in orat. pro Cæcinnâ vocatur, finis sollicitudinis ac periculi
litium, quibus calculum adjicit *Gajus Jctus in l. i. D. usucap.*
inquiens, Ne quarundam rerum diu & fere incerta essent, dominia:
quæ incerta & vaga possessio quid aliud introduceret
quàm minus felicem esse Remp. cum tamen inter sit Reip.
ne inter subditos sint discordiæ l. si quis ingenuum XXI. §. fin.
D. de capt. ex postl. ubi Ulpianus Jctus inquit per civiles dissensio-
nes Rempubl. lædi, & fac. l. æquissimum (alias est ver. §. 3. in l. si cuius
rei XII.) in pr. D. de usufructu. Non igitur est quòd
alij nobis objiciant, esse tria juris præcepta vel principia
practica (quæ & leges naturæ vocantur) sc. honeste vive-
re, alterum non lædere & suum cuique tribuere, quibus
tamen

tamen directo contraria videatur usucapio, veluti qua
res domino suo adempta alij adjiceretur, verum respon-
deo cum *Cl. Sutholt. ex dissert. i. aphoris. 66. quia, inquit, univer-*
sum jus nostrum ex iis tanquam ex fonte promanavit, eò etiam rur-
sus debet reduci, quamvis enim in jure nostro multa permittantur
quæ plusculum ab istis præceptis videntur deflectere, ut usura, usu-
capiones, concubinatus, non tamen ea desinant esse principia atq; uni-
versi juris norma ex jam allegata ratione, & licet concubinatus dica-
tur omni jure prohibitus nihilominus tamen jus eum tolerat impro-
bando, & cum per eum non committatur stuprum vel adulterium,
itaq; etiam extra pœnam L. julia positus est in l. iii. D. ad L. jul. de a-
dult. permittit enim talia jus civile ob metum majoris mali.

III. Hisce præsuppositis expedità manu ad reli-
qua descendere possumus, ubi primo loco examinanda
nobis venit definitio, quam commode tradidisse videtur
modestinus *¶ Cuius, in l. iii. D. h. t. quod usucapio sit adjectio domini; per*
continuationem possessionis temporis lege definiti: quæ definitio.
cum sit satis accurata, omnique suâ parte firma constet,
non est ut cum alijs de nova simus solliciti, & quod primo
ad etymologiam vocabuli attinet, sciendum est dictam
esse usucapionem ab *usu & capio*: usum hic accipi-
mus pro possessione sicut & possessio dicitur esse usus
rei in *l. questio CXV. de V. S.* ita quod dicimus usucapere id
eadem significatione *¶ Cui* sæpe dicunt possessione capere
per *l. non solum XXXIII. §. si dominus 2. & l. quamvis XVIII. D. h. t.*
Cappio autem est acquisitio sicut *DD.* in jure nostro per
capere nihil aliud quam acquirere intelligunt ut dicitur
in *l. capisse CXL. de V. S.* hinc recte dicitur fieri per posses-
sionem, qui a sine possessione usucapio procedere nequit
ceu expresse dicitur in *l. sine possessione X XV. D. de Usucap*
inde est ut cum possessio sit usus, ac jam diximus, à
potissima usucapionis parte usus quandoque sumatur

pro ipsa usucapione ut in l. Ait prator XXIII. in pr. D. ex
quib. caus. maj. 25. ann. per synedochem scilicet speciei pro
genere, nonnunquam vero possessio accipitur pro ipsa usu-
capione ut fit in l. cum miles XXX. D. d. t. ubi communi er-
rore quidam legi volunt usucapionem pro possessione,
haud animadvertentes Ictum Papinianum dicere pos-
sessionem sine possessione neutiquam procedere ut ex-
presse habetur in l. XIX. d. t.

IV. Usitata est in jure nostro distinctio rerum,
quod alia res sint mobiles & moventes, quæ vel moveri
possunt vel seipsas movent: alia immobiles quæ & res so-
li dicuntur, & sub appellatione rerum mobilium jura
& actiones non contineri dicitur in l. XV. § 1. D. de re judicata
Hinc nobis sub manibus quæstio oritur; An scilicet usuca-
pio sit rerum mobilium an immobilium, & sane videtur
secundum communem DD. sententiam referendam esse
usucapionem ad res mobiles seu moventes, nam quic-
quid dicant aliqui, quod largâ significatione usucapio
pro præscriptio ne rerum immobilium, & usucapione
rerum mobilium accipiatur, secundum gloss. in l. iii. D. h. t.
proprie vero & strictè secundum recentiores usucapio est
rerum mobilium, præscriptio rerum immobilium, juri-
um incorporalium, & actionum; promiscuè tamen &
indifferenter istis vocabulis, referendo ad mobilia & im-
mobilia per l. un. C. de usucap. transfor. & Treutl. vol. 2, disp. 22 lib. H
utimur, ita ut hodie vix aliqua restet differentia, concu-
runt enim usucapio & longi temporis præscriptio, quo-
ad effectum, qui duplex est: ne j. dominia diu vel semper
in incerto sint per d. l. i. D. h. t. 2. uti litium aliquis sit finis
per l. fin. D. pro suo. Dico longi temporis præscriptio nam so-
la præscriptio hinc non sufficit, cum & aliam significatio-
nem

nem sub se comprehendat, & t. t. D. indicat quod exceptio etiam sit praescriptio qua legibus praefinitum est tempus intra quod fieri debet repetitio rei a domino sub pena amissionis domini ut *Wes. in π. & Schneidvv. f. de Exc. late agunt*

V. Divisionem horum vocabulorum quod attinet, notum est duod antiquis solita fuerit loquendi formula, qua res in solo Italico dicebantur: *Res mancipi*: in solo provinciali: *nec mancipi*: ut erant praedia stipendiaria at tributaria, ita dicta quod propria non essent, eorum, qui ea possidebant propter stipem & tributum, quod penderant populo Romano, quasi non manciparentur eorum domino, & traditione alienarentur, mancipare enim est vendere, appropriare alteri, item emancipare *verkauffen, zu eignen, freygeben, zustellen*, ut *Oldendorp. tr. de Usucap, hinc in ins. fili emancipati ex nostra potestate manu missi & liberi esse dicuntur*, Ex ordine praescriptionum I. est triennij, qua res mobiles praescribuntur, quibus olim annum spacium sufficiebat, hodie praecise requiritur triennium, ut vult *Dynus. tr. de praescr.*

2. Loco venit quadriennij praescriptio, qua bona vacantia, facta denunciatione contra negligentiam fisci praescribuntur, ubi fiscus gaudet privilegio ne a domino rei ultra quadriennium possit conveniri quoad precium (sciendum vero obiter quod fiscus in jure plura habere reperiat privilegia de quibus *Azo C. de privil. fisc. & Bald. in l. i. C. de hered. vel act. vend. Salicet. in l. fin. C. de privil. fisci & Francis. Lucan. tr. de fisco refert 140. fisci privilegia*) §. *res fisci & §. fin. f. h. t. & t. t. C. de quadr. praescript.* Habuit & olim Imperator proprias facultates in quibus ante Justinianum jure communi cum caeteris utebantur imperatores, sed Justinianus lege a se lata res patrimoniales comparavit rebus

fiscalibus ut eadem haberent privilegia quæ viscus imperij habet *l. fin. C. de quadr. præscript.*

3. Est præscriptio longi temporis qua demum res immobiles, ut fundus hortus area inter præsentēs X, inter absentes XX. annis præscribuntur, & usucapiuntur, dicuntur autem præsentēs per *glos. ordinar. in l. fin. sup. ver. inter. C. de præscr. long. temp. & novell. 4. in pr. super verb. præsentēs, quorū domicilia sita sunt in eadem provincia, (dicitur vero eadem provincia à Balbo tr. de præscr. quæ est sub eodem præside & regimine, licet plures subsint civitates,)* quamvis res quæ præscribitur sit in alia provincia, absentes vocamus qui in diversis terris habitant, quamvis eorum bona sita sint in eodem loco, in *l. fin. C. de præscr. long. tempor. A Jafone quoq; & Zasio in tit. 7. de action. pr. act. Rescissor. ab sentia quin tuxplex ponitur 1. absentia necessaria & probabilis, 2. absentia probabilis non necessaria 3. necessaria tantum 4. absentia voluntaria sine contumacia 5. absentia voluntaria cum contumacia, quas tamen absentia species potius velimus intelligi de absentia ex iudicio oriunda.*

4. Est præscriptio longissimi temporis XXX. vel XL. annorum, qua præscribuntur omnes actiones, pignora tertii possessoris, res furtivæ spacio XXX. annorum de jure civili, & vi possessæ, tanto enim tempore vitium illud purgatur, & ipsa furti actio tollitur *l. 1. §. ad hanc. C. de annali exceptione* quæ exceptio de jure *Digestorum* & tempore institutionum incognita fuit cum nulla ejus mentio fiat ut ait *Johan. Faber in commentar. ad Inst.* Sequitur quod *codicis* quem hodie habemus, jure sit introducta ut videre est ex *l. omnes IV. §. 1. h. C. de præscr. XXX. vel LX. annor.* non verò simpliciter sub hac præscriptione semper comprehensam volumus præscriptionem quadragenariam, quæ

quæ est canonica seu ecclesiastica præscriptio, contra bona autem ecclesiastica minus XL. annis haud præscribi potest per *Autb. quas actiones C. de SS. Ecclesiis. & C. illud X. de præscriptionibus.* Intelligimus autem illa bona ecclesiastica, quæ in nostro commercio sunt, hoc est quæ vendi & alienari possunt, ut fundi prædia rustica & urbana, ac aliæ ejusmodi res ecclesiasticæ, quibus non accensendæ sunt res sacræ vel nullius ut §. VII. 7. de R. D. *Amplissimus Dn. præses in velitationibus suis juridicis eleganter admodum monet, cum illæ rectè ad cultum divinum dicatæ sint, & per consequens extra commercium nostrum posita cui præscriptioni necessaria est b. fides & titulus ab initio c. 6. de præscript. in 6to.* Obiter hic monendum ad hanc longissimi temporis præscriptionem referendas esse, illas species, quæ merè odiosæ favorabiles ac mixtæ vocantur; *Odiosa* est & vocatur ideo quia præscribitur contra negligentem qui ex sola negligentia non justo errore patitur rem suam usucapi, nullo attento favore præscribentis, quia præscribit de jure civili, sive sit b. sive m. fidei possessor, ut est præscriptio XXX. vel XL annorum & ista solâ citatione interruptitur *l. cum notissimi VII. & l. sicut III. C. de præscr. XXX, vel XL annor.* estque ratio qui aper citationem cessat negligentia, quæ est causa illius præscriptionis, & his neutiquam sed necessitate rerum impeditis subvenitur per text. *express. in l. XVI. D. Ex quib. caus. major.* *Mere favorabilis* est usucapio triennij in rebus mobilibus ob solam petitoris vel possidentis favorem introducta est propter titulum & b. fidem: & ista non interruptitur per citationem neque per litis contestationem sed solùm per sententiam quia litis contestatio non tollit favorem rei *l. post accept. XVIII. & ibi gl. D. de R. V. Ex his mixta*
est

est longi temporis X sc. vel XX annorum præscriptio, quæ
eligitur mediâ viâ, ut non interrumpatur per citationem
solum sed litis contestationem *l. moræ XXVI. C. de R. V.* & de
jure digestorum illa præscriptio in cognita fuit ut *est glos.*
in l. qui occidit XXX. §. 1. sup. ver. amisit D. ad L. Aquil. de utroq;
aliquid participans sc. odio non petentis & favore possi-
dentis ex cogitata est.

Est 5. Alia præscriptio, quæ singulariter soli ecclesiæ
Romanæ indultu Imperatoris Justiniani permessa scri-
bitur in *Auth. quas actiones C. de SS. Eccles.* cum reliquis ec-
clesijs XL. annis vel octo lustris præscribatur ex *novell.*
CXI. cap. 1. Imperator tamen Justinianus ubi prius Eccle-
siæ orientali & occidentali hoc privilegium concessisset
ut centum annis præscribatur per *d. auth.* tamen postero-
re tempore correxit *novell. CXXXI. c. VI.* & speciali favore
in ecclesiam Romanam transfudit, ceu *Andreas Fachineus*
lib. 8. contr. c. 3. p. 158. strenue propugnat: Et *Paulus de Ca-*
stro in l. sancimus 22. C. de SS. Eccles. per text. ibi tradit regulam,
perpetuò mente tenendam, ut quando allegatur contra
te aliqua lex, quæ loquitur in ecclesia, si non occurrit
aliqua responsio congrua, possis dicere quod sit specia-
le in ecclesia.

Restat demum ex hoc numero præscriptionum illa
quæ vulgo à DD. immemorialis appellatur, seu tanti spa-
cij, ut ejus initij nulla pene extet memoria, & hæc est lo-
co probationis perse, ita ut in ea præsumatur b. fides &
titulus juris & de jure, etiamsi non allegentur, & ad eò ef-
ficax est, ut imperium jurisdictio vectigalia, jus colle-
ctandi & alia jura præscribantur, de qua passim agit,
Aymon Cravetta de antiquitat. tempor. lib. 4. c. absolutis. Et DD.
in l. servitutes XXV. D. de servitutibus. *Balbus de præscr. par. 2. prin.*
5. qu.

§. qu. 1. 2. 3. 4. Sixtinus de Regalib. lib. 1. c. 3. 4. 5. & 6. quamvis contrarium
statuat Sutholt. differat. 6. aphoris 13. & dissert. de jurisdic. circa
finem. nam re galia posse præscribi traditur in c. super quibusdam
XXVI. §. præterea X. de V. S. de quo latius videte Bartol. in l. 11. in pr.
D. de jure fisci. & in l. item veniunt XX. §. ait senatus D. de petit. he-
red. & Bald. in l. 1. in fin. C. de hered. vel act. vend. & Joan. de Platea.
post alios super Rubr. C. de jure fisci, Jason. in §. rursus V. n. XXXIX.
7. de actionibus, quæ cum sint specialia principis reservata,
non videntur concessa nisi ex longi temporis privilegio
per favorem principis aut diuturnam possessionem c. super
quibusdam X. de V. S. cui præscriptioni an sufficiant C. anni,
an verò minus C. annis magna est DD- pugna, præsertim
Cyni Capolla & Felini, quo me brevitatis causa remitto:
Levi tamen manu animadvertendum est ex Bodin. lib. VI.
de Republ. c. 11. de arario, Regni Gallia principes cum prædia publica
privatorum fraudibus, possessare vocant illud obtestantur se juratos
in eunte imperio publica prædia nunquam distrabi possuros, ut ne
centesimo quidem annorum curriculo, quo cætera omnia jura usuca-
piuntur, præscribi posse, l. hoc jure §. ductus aquæ D. de aqua quo-
tidiana. Atq; hæc quidem rebus sæpe judicatis in curia parisiensi
de Ano 1440. & 1505. & 1536. confirmata fuere, nec solum adversus
privatos, sed etiam adversus Regum propinquos, ut contra Regem
Sicilie pro comitatu Pictonum Anno 1583. & pro comitatu Drosensi.
Anno 1551. Nec Reges tantum, sed etiam ij, qui populares & optima
tum status habent, à præscriptione seculari publica prædia vindicare
solent: sic Henricus II. Francorum Rex per legatum ex Hugone præ-
tore maximo nomine Lucernatium responsum tulit: senatum
populumq; Lucernatem & ipsos magistratus juratos esse, publicas
possessiones se nec distracturos nec pignori obligaturos. Quis
utriusq; civitatis principibus, Atheniensibus & Romanis, Theo-
mistocle & Catone major? Certe fundos Reip. secularibus curri-
culis possessos à præscriptione privatorum vindicaverunt cum dice-
rent: Nec mortales contra Deum immortalem, nec privatos con-
tra Rempubl. præscribere posse, teste Plutarcho in Themisto c. &
Caton. Cens. ne scilicet prædia publica sine senatu. populiq; consensio-
ne distraberentur, quemadmodum jure communi per l. ult. C. de
B
jur e

*jure civitat reperitur; Rempubl. enim ut pupillam extraordinem
juvari moris est, ceu imperator Alexander in l. III. § l. sequent. C. de
jure Reip. sanxit.*

VI. Magna profectos in exiguo nos versari circa
ἀνεγομαλυνὰ & familiaria hujus materia, dicere posset
Momus aliquis: Erimus ergo solliciti quomodo expli-
cetur differentia actionis publicianæ cum præscriptione,
quomodo item actio rescindens & rescissoria congruat &
differat ab eadem: *Castrensis 7 Ctus in l. eum qui VII. D. de
public. act. § Franciscus Balbustr. de præscript. par. 2. prin. 4 n 4. as-
serunt*: Publicianam dari pro servitute constituta à
non Domino & per patientiam tradita, ergo tunc præ-
scribitur communi tempore: quia argumentum à præ-
scriptione ad publicianam affirmative valet, inde est quod
publiciana & præscribendi condicio à pari procedere
dicuntur *per d. l. VII.* Convertibilia enim sunt: procedit
usucapio ergo etiam publiciana. sed non contra, quæ ta-
men DD. assertio cum granofalis accipienda est, sc. proce-
dere argumentum affirmative non negative: velut præ-
scriptio locum non habet *E. nec publiciana*, nam publici-
ana locum habet etiam in casu ubi præscriptio non pro-
cedit ut *in l. sponsus XII. §. v. D. de publ. action.* Per limitatio-
nem secundam quæritur; An publiciana per jus
Canonicum sit correctæ & respondetur quod non, quia de
hoc in jure nusquam cautum est nam licet per jura cano-
nica præscriptio juris civilis correctæ sit, tamen jura illa
ad publicianam extendenda non sunt, cum utriusque di-
versa sit ratio, publiciana contra verum dominum non
detur, sed ei tantum competat qui plus juris habet in re
quam possessor reus conventus, adeo ut nec contra titulo
possidentem locum habeat, quod tamen secus in præ-
scriptio.

scriptione se habere notum erit ex reliquis libelli hujus
thesibus, nec refert quòd agens publicianâ dubitat an sit
dominus, quia nihilominus usucapionem complere po-
test. Affinis contrâ publiciana aliâs prætoris realis usu-
capioni, qua petimus id quod nobis ex justa causa à non-
domino b. fide traditum est sed nondum usucaptum, &
sicut jure civili rei vindicatio datur domino, ita publicia-
na de jure prætorio datur quasi domino id est ei qui à non-
domino, quem tamen dominum esse credebat rem acqui-
sivit b. fide & justo titulo, qui parit causam usucapiendâ
ante præscriptionem vel usucapionem completam, nam
post usucapionem completam rei vindicatio locum ha-
bet *per l. i. D. de publ. act.* Contraria prorsus publicianæ re-
scissoria est, nam in illa quasi dominus qui rem nondum
usu captam amisit, eam vindicat, perinde ac si usucepis-
set, in hac verò rescissoria actor petit rem à possidente
usucaptam, quasi nunquam esset usucapta per remedium
rescindens quod est nobile officium judicis, tribuens re-
stitutionem in integrum quo sc. usucapio in absentia com-
pleta rescinditur, perinde ac si nunquam fuisset usucapta,
quam restitutionem in integrum, (quæ ut diximus no-
bili judicis officio fit) remedium rescindens appellant
actio verò quæ concessa restitutione & rescisso obstaculo
usucapionis competit, rescissoria appellatur *l. fin. C. quib.
ex caus. manumiss.* quæ rescissoria semper est nativa hoc est
causam & materiam ortus sui sufficientem ad producen-
dam actionem exhibens, quia per restitutionem rescindi-
tur usucapio & per consequens res fingitur non usuca-
pta, sed actor recuperat integrum jus suum, & reponitur
in pristinum statum in quo ante lationem erat, ideo or-
dinarie in libellis actionis rescissoriæ ponitur: *Unde da*

er die zeit seines abwesens vvoran verletzet, oder verkurz-
zet vwurde, das er dero vwegen billich seiner lassion und ver-
letzung ergentzet und durch das richterliche ampt, da dasel-
bige in gesetzter frist und zeit des rechtens imploriret und
angeruffen, soll restituiret vverden, Item: bittende ihn ver-
mittelst desselbigen und ex generali clausula zu erstatten und
zu restituiren die verjahrung auff zu heben und zu rescin-
diren, und ihn ohne ver hinderung einiger vermeinten ver-
jahrung zuberurten seinen gute als vvere dasselbige von ge-
gentheil niemahls verjabet oder, praescribiret zu klagen
gunstighen erlauben und gestatten: quæ actio nostra com-
petit absenti contra praesentem ita ut is qui ab est ex ne-
cessitate & iusta causa per hanc actionem restituatur in
integrum, si sc. absentia conjuncta sit cum latione, tunc
praescribens dicitur privilegiatus; An verò praesenti
contrapraesentem rescissoria competat non ita levis qua-
estio est; placet tamen responsio negativa secundum
text. l. XV. §. II. D. Ex quib. caus. major. & Bartol. in ead. l. quia
contra praescriptionem quæ in praesentia currit nulla da-
tur restitutio per d. l. nam quando praescriptio currit in
praesentia videtur adhiberi quidam consensus: Et est
ratiocinationis, cum is qui patitur rem suam usucapi, di-
citur eam alienare per saepe citatam l. XXVIII. de V. S. unde
propter illam patientiam & praesumptum consensum praes-
judicat sibi in restitutione, ut illam impetrare haud possit:
quæ ratio tunc cessat, quando unus aut ambo sunt absen-
tes: sic etiam dicit Jason tit. de actionib. in praescribenda
actione personali praescriptionem non currere ex posses-
sione praescribentis, sed ex solo cursu temporis & negli-
gentia non petentis, & non esse quod obstat quo minus
illa currat praescribente existente in captivitate.

VII. Non



VII. Non ineptè hic posset quæri de origine usucapionis, cum & supra th. 2. leviter ejus rei mentionem injecerimus; An esset juris gentium, an verò solius juris Romani positivi? stant pro origine juris civilis *Schneidvv. n. 10. j. b. t. Vult ejus f. b. t. n. 2. 12. 20. 41.* & pluribus, probando id per possessionem civilem, *Harprecht* quoq; multis idem it probatum argumentis *ad dit. f. de usuc. in pr.* esse eam juris civilis, ubi in thesi 1. expressum allegat §. *ultimum f. per quas perso cuiq;* quod jure civili acquiratur dominium vel singulatim vel per universitatem, ubi facile videre est, usucapionem esse omnino modum acquirendi juris civilis singularem cum enim Imperator iusta methodo percensuisset modos acquirendi dominium jure gentium, jam demum *l. Inst VI.* descendit ad modos acquirendi jure civili speciales, ubi primo loco ponitur usucapio ceu legitimus modus, quippe qui non adeo contrarius sit æquitati naturali, cum duplicem conferat usum publicum & privatum; quoniam autem & publico prospiciat bono, colligendum in hoc congruere juri naturali, quòd publicum bonum quàm possit optimè procurandum sit *l. 1. § fin. C. de caduc tollend.* privatum, cum dominium negligenti eripiat, & contravigilanti attribuat, quia & jura vigilantibus dicuntur scripta *in l. pupillus XXIV. D. qua in fraud. credit, Grotius vero lib. II. de jure B. ac P. c. IV.* per totum asserit, & multis probat esse usucapionem juris naturalis seu gentium, cui facile adstipulari possumus, nec ut adeò cum DD. sollicitissimus necesse habemus, quòd usucapio sit solius juris civilis Romani, quippe quæ per *LL. XII. tabul.* introducta sit, ac necessario ex consequenti sit juris Romani *per §. ult. f. de usu & habit.* sed una litem dirimet distinctio, scilicet quod usucapio

fit juris gentium quoad introductionem & quatenus usucapio, quatenus vero modum ac tempus à legibus positivis præfixam acceperit, esse eam juris civilis, sicut & patria potestas per suas solennitates per *S. u. J. de patr. potest.* nihil est quod prohibeat.

VIII. Operæ vero precium facturi videbimur si, antequam ad reliqua usucapionum & præscriptionum requisita descendamus, quid de jure veteri obtinuerit, animadvertamus, licet enim id hodie ex contrario usu in desuetudinem abierit, delectat tamen omnis antiquitas quæ & simul admonere possit, quid de emendatione illa nova priscis seculis in melius fuerit productum: ubi in frontispicio *Legis Atinæ* sese offert natura, de qua *Gellius lib. XVII. c. VII. Cicero III. Verrina § l. XXXII. D. de usucap. l. IV. §. VI. d. t.* agunt, qualis erat: *Quòd res furtivæ non potuerint usucapi nisi in potestatem ejus, cui subductæ fuerint, revertantur hoc est, ut ibidem explicatur, ut in domini potestatem debeat reverti, non utique ejus cui subreptum est v. g. creditori res sublata & commodatario vel ei cui commodò data est, in illius non hujus revertatur potestatem & dominium, lex ait: adde §. XII. d. l. tunc enim vitium illud purgatum dicitur per d. text. cùm verò hodie res furtivæ possint præscribi ut affirmatur per *l. III. IV. & VIII. C. de præscr. XXX. vel XL. annor.* sed subintelliges non per præscriptionem X. vel XX. annorum, sed longissimi temporis ut XXX. vel XL. annorum, quòd hac præscriptione XXX. annorum omne vitium reale extinguatur, & ipsa furti actio tollatur per expressos textus in *l. i. §. adhac i. C. de annali except. l. sicut III. l. omnes IV. l. cum notissimi VII. C. de præscr. XXX. annor.* quod est contra *Bachov. ad π. Wesenbec. h. t. in not. ad §. X. verb. Res furtivæ; ubi distinguitur inter vitium internum & externum, quod vitium**

vitium ex lege afficiens rem, impedit quo minus res fur-
tiva usucapi possit, etiam à b. fidei possessore.

IX. Post hanc succedit *Lex scribonia*, quæ quo tem-
pore lata sit, satis eruditè *Revardus lib. singulari de hac lege*
docet, cujus legis ea mens est, ut *tam urbanarum quam Ru-*
sticarum servitutum tollatur usucapio ut est ind. l. IV. §. XXIX. D. h. t.
quam legem in suo vigore usque ad tempora Alexandri
Severi perstitisse verò simile est; Quò autem melius
in explicatione hujus legis progredi possimus, non nihil
de naturâ servitutum spargere, non ita inanis erit opera
sed quæ requirantur ut servitus præscribatur videte post
textum *DD. in l. i. §. ii. C. de serv. & aqua & in l. si quis diuturno*
inpr. D. si servitus vindic Paulus de Castro in l. servitutes XIV. D. de ser-
vit. & omnino Capollam tr. de servit. urb. præd. c. 20. Johan. Faber.
§. de action. n. XVI usq; ad n. XXVIII. & Angel. n. XIII. Cùm e-
nim omnes servitutes naturâ suâ continuam causam ha-
bere debent, per *l. foramen XXVIII. D. de serv. præd. urban.* quæ
semper magis consideratur quàm continuitas actus,
quia actus aliqui sunt continui alij discontinui, ad conti-
nuum autem actum tempus continuum requiritur & con-
suetudo populi in *l. venditor. XIII. §. i. D. Communia prædior.*
hinc usus servitutum patientiâ & taciturnitate domini
firmari dicitur in *l. ii. C. de servitut.* è contra differentia in-
ter servitutes finiendas quoad præscriptionem est, quod
urbanæ non aliter amittantur, nisi quid contra factum
sit, ut si jus immittendi habeam & eximero tignum, non
aliter tolletur, quam si foramen sit obstructum *l. XI. D. de*
serv. præd. urb. Rusticæ verò solo non usu tolluntur *l. X. §. i. &*
l. VI. & XVIII. §. ii. D. servit. quemadm. amitt. differentia ratio
est quia rusticæ non aliter exercentur, quam facto: ur-
banæ verò sine facto hominis per sola ædificia, iisque
adhæ-

iisque adhærentia annexa vel affixa constituat; & servi-
tutes quamvis habeant actus discontinuos tamen conti-
nuæ per *l. iii. §. saltus XI. D. acquir. possess.* quia sc. à continuo
hominis animo dependent, quamvis distingui non de-
beat ex mente *Scotani in Exam. jurid. tit. de servit.* utrum con-
tinua an discontinua sit servitus. Hæc ergo ratio erat, quod
servitutes neq; dis- neq; continuæ possent usucapi *d. l. XIV. D.*
de servit. quia nec possideri intelligatur jus incorporale,
per *l. IV. §. XXVII. D. h. t.* eoque nec in bonis esse intelligeban-
tur servitutes per *l. i. D. usu fr. leg at.* sed intellige per se, ut e-
lici potest *ex l. XIV. D. de servit.* unde sequitur. Quia sine
possessione nulla contingat usucapio per *l. XXV. D. de usuc.*
& tantum dicatur usucaptum quantum est possessum,
c. sine possessione de R. 7. in 6to. Accedit quod res incorpo-
rales olim neque traditionem neque usucapionem reci-
perent, ut expresse dicitur in *l. XLIII. §. i. D. de acquiren. do-
min.* & servitutes secundum *legem XIV.* essent jus incorpora-
le, merito juxta hanc regulam ne utiqua possent usucapi,
nihilominus tamen & tempore immemoriali jura incor-
poralia potuisse usucapi & in his ipsas servitutes acquiri
per *l. iii. §. saltus IV. D. de aqu. plu. arcend.* non vero jure præscri-
ptionis sed jure constituti, potest enim præscriptio fieri ex
præteritis sed nō ex futuris annis, quia in futuris dies inter-
pellat pro homine & ideo nunquam usum fructum futuro-
rum annorum quis recte possidet *arg. l. XIV. C. de contr. sti-
pul.* Tandem Justinianus peræque omnes hæc contro-
versias transtulit & certis temporum metis nempe XXX.
vel XL. annis in distincte sive actus essent con- sive discon-
tinui, ut iter via & c. inclusit adeo omnes usucaperentur
l. ult. C. de serv. sicut res immobiles *l. ult. C. de præscr. long. temp.*
Ex his itaque satis innotescet omnibus, quod sicut per
Legem

Legem scriboniam usucapio servitutum jure Digestorum tempore
sc. Alexandri Severi Imperatoris sublata est, ita hæc ipsa lex scribo-
nia per d. t. C. de usucap. transf. & de long. tempor. præscr. penitus
est sublata, nihil etiam de ejus rigore monuisse necessum
fuiſſet, nisi quoad antiquitatis cognitionem.

X. Extitit & *Lex julia ac Plautia lata ab Octavio Augusto*,
quæ ea demum vetuere longâ possessione capi, quæ vi
possessa fuissent ut loquitur l. XXXIII. §. II. D. b. t. Rosinus anti-
quit. Rom. lib. VIII. c. XIX. nam hæc tria constituunt posses-
forem in mala fide *Clam. vi, precario possidere l. XIII. §. i. D. de*
acquir. possess. Hæc verò præmissis reliquis usucapionum
& præscriptionum requisitis non tam necessarium quàm
jucundum fuisse existimamus, ne omnis prorsus antiqui-
tatis ignari impingeremus fortasse in ea, quæ haud
quaquam observata adferre aliquid difficultatis possunt,
& si in eâ materia non ita egregiè operâ nostrâ defuncti
videamur, verum erit *jul. effatum in l. XX. D. de LL. quod non omni*
um quæ à majoribus constituta sunt, ratio reddi possit, prout Petro-
Bilardo accidit, de quo referunt gl. & Odofred. in l. quinq; pe-
dum V. C. finium regund. is enim jactaverat se ex omni lege
trahere posse sanum intellectum: At cum proponere-
tur ei enarranda d. l. quinq; pedum, tametsi vix undecim
verba contineat, rubore suffusus nescire se factus est:
Decujus l. intellectu aliquid ponit Alciatus in l. quidam ignavia C.
de Decurion. & Aymon Rival. lib. 2. Inst. civ. in illa l. XII. tabb. si-
quis sepem ubi plura. In civile est enim, ait Jctus Celsus in l. XXIV.
C. de legib. nisi tota lege perspecta, unâ aliquâ particulâ propositâ
judicare vel respondere. Videamus itaque potius quid
hodie in præſenti nostra materia de jure obtineat, nam
parum ab est, quin in multis juri digestorum demptum
sit, quod jure codicis emendatum reperitur, ut videre est

C

in

in t. C. de vet. jur. enucl. verbal. l. §. VI. sunt expressa: nam qui subtiliter factum emendat, laudabilior est eo qui primus invenit & d. h. l. II. §. XVII & XVIII. idem repetitur.

XI. Accingamus nos ergò ad id perficiendum, sine quo opus imperfectum & omni suâ præstantia mutilum vocatur, hæc requisita sunt, quæ à nonnullis formalitatem vocari ex philosophorum scholis constat: Cum autem forma det esse rei hoc est animam & existere superinfundat, sedulò nobis cavendum, ne ex iis per incuriam aliquid prætermittamus: Horum, DD. alij plura: alii pauciora numerant, pro cujuslibet, fortasse opinione, plurimi his contenti sunt *1. ut sit b. fides 2. ut justo titulo possideatur 3. ut vitio careat 4. ut intercedat traditio & domini patientia 5. & præcipuum est continuatio possessionis.* Platea & Nicastus memoria causa in hos redegerunt versiculos vulgares admodum:

*Non usucapies, nisi sint tibi talia quinç,
Justa fides, justus titulus, res non vitiosa,
quod res tradatur, tempus quoq; continuetur.*

De b. fide sciendum hanc principaliter ad usucapionem requiri, non solum de jure civili in *l. un. C. de usuc. transf.* sed de jure canonico in *c. fin. X. de præscr.* ubi definitur in *gl. ad c. si diligenti X. eod.* quod sit credulitas qua quis credit tradentem esse dominum vel habere jus distrahendi licet erret in facto, huic enim solet venia dari in *l. 1. II. & t. t. D. de jur. & fac. ignor.* nam hic toleratur, non verò error juris ad usucapionem proficiet: Et disputatio est inter DD. utrum ignorantia in longissima præscriptione præbeat justam causam: Breviter dico denegandam esse restitutionem, si quis ignoret rem suam ab alio possessam vel quasi, præscribi, si verò non ipsam præscriptionem, sed rem suam esse ignoret meritò in integrum restituitur, & illi tempus quadriennij à tempore scienciæ currit *We- senb.*

senb. π. n. X. & t. r. Ex quib. caus. major. quod etiam eousq;
porrigitur, an sc. ea clausula ad omnem æquitatis cau-
sam, extra absentiam & extra præscriptionum & usuca-
pionum causas spectet *Wesenbecius in ea est opinione non dari
restitutionem, si res per præscriptionem longissimi temporis fuerit
possessa, quod alijs recte displicet, ut per clausulam istam,
quascunque æquitatis causas sibi discutiendas reserva-
verit prætor. l. nunquam XXXI. D. de usuc. & hominum
ignorantia veritati officere haud potest ut habet textus
in l. cum ad præsens XXXVII. D. de reb. creditis & l. ii. §. si à pupillo D.
pro Emptore sicut autem contraria juxta se posita magis
elucescunt: sic & m. fides potest definiri: notitia rei alie-
na in c. si virgo junct. a gl. 34 q. 2. m. ergo fidei possessor est qui rem esse
alienam & se nullam habere justam possidendi causam non ignoret l.
XXV. §. II. & VII. D. de hered. petit. l. ult. C. unde vi. B. fidei possessor.
est qui ex justis causis putat se jure suo rem possidere uti frui, per l.
item XX. §. XI. & XII. D. eod. quæ b. fides præsumitur beni-
gnà interpretatione eo usq; donec probetur mala, l. pen.
C. de eviction. & possessoris b. fides pro dominio est quam-
diu possidet l. b. fides CXXXVI. de R. 7. sed quo tempore b.
fides requiratur, res altioris est indaginis, ubi primo di-
stinguendum est inter jus civile & canonicum: De jure
civili sufficit ab initio & tempore traditionis b. fides ac-
cedat, secus in emptione, ibi enim duplici tempore scili-
cet contractus & traditionis b. fides requiritur non au-
tem in cæteris contractibus ut dicitur in l. ii. in pr. D. pro empto-
re & l. X. in pr. D. de usucap. Sed de jure canonico b. fidem
adesse omni tempore necesse est, donec compleatur usu-
capio, adeo ut quocunque tempore ante perfectionem
superveniat m. fides rumpatur præscriptio l. ubi XXIV. D.
b. t. & sepe allegatum c. fin. X. de præscr. sed standum in hoc est*

juri canonico, quia agitur de materia peccati ut notatur
in c. clerici VIII. de judiciis & c. 1. de nov. oper. nunciat. per the-
oricam quam habet in causis spiritualibus: ut matri-
monialibus, usuris præscriptionibus possessionibus &c.
& concernentibus peccatum, ubi rectius procepit circa
tractatum præscriptionum quam jus civile ut *Dynus in c.*
possessor ut. de R. f. de 6to ait.

XII. Altero loco venit explicandus titulus: Per-
titulum intelligimus justam causam, ex qua possessio in
aliquem transfertur, nam ad præscriptionem rerum cor-
poralium opus esse titulo dicitur *in l. diutina IV. C. de præ-*
script. long. tempor. & c. si diligenti X. de præscript. Titulus ve-
rò in jure duplicem habet significationem, & est vel ge-
neralis, vel specialis, nos per illum latiore significatu
possumus intelligere omne quod quis ex justa causa pos-
sidet pro suo: sed omnis titulus tuetur meum factum,
quod sit legitimum ideo & à tuendo dictus quod factum
authoris tueatur, Germanis *ein ehrlicher schein eine gute*
verjahrte ankunfft ut Mynsing. in observat. ad Rubr. f. b. t.
specialis titulus est qui certum habet nomen de jure pro-
ditum, hinc tituli Digestorum libri XLI. post t. de usucap. sunt
quodq; speciales modi acquirendi, Excepto pro suo, & pro possessore
quamvis non nego, Usucapionem pro suo tantum in his
obtinere quæ nostra non sunt *Wesenb. f. de usucap. & tit. D. sue*
enim rei nullo titulo usucapio est *l. in bello XII. §. ii. D. de*
capt. & post. subdivitur deinde hic titulus rursus in onero-
rosus & lucrativus: *Onerosus* est quando res ad ali-
quem pervenit cum onere dandi, ut in materia contra-
ctuum, *Lucrativus* est quando res nobis accedit ex mera
liberalitate ut donatione legato, quorum plures referunt
Imperatores Theod. & Valentin. in l. un. verb. lucrativat. C. de impon.
lucrat

lucrat. descript. nosb loci intelligimus titulum lucrativum quem etiam de jure canonico sufficere ad usucapionem ponimus cum Felino in d.c. si diligenti X. de prescript. Estque iterum vel verus vel putativus, verum omnino requirimus, quamvis justo intercedente errore possit sufficere titulus putativus maxime in alieno facto, nam hic est tolerabilis ut supr. th. X. diximus, etiamsi præscriptio regulariter contra ignorantem currat l. ult. C. de preser. XXX. annor. Bach. §. de usucap. Borcholt. b. t. Mynsing. Schneidw. b. & Gottfred. in margin.

XIII. Oportet, ut præscriptio in suo vigore conservetur, rem esse non vitiosam hoc est præscriptibilem: Hic sane offert se spatiosus evagandi campus, si omnia quæ veniunt ventilanda, persequi velimus, & dies nobis deficeret, antequam ad umbilicum hæc perduceremus, levia saltem, ut canis ad nilum fugiendo bibit, extremo digito attigisse sufficiat. Et porro præscribi solent res indiscriminatim omnes, nisi lege prohibeantur, quod enim non mutatur, cur stare prohibeatur l. sancimus XXVII. C. de testam. tales res sunt in significatione negativa, sacræ sanctæ religiosæ per l. IX. D. de usucap. Respublicæ & res civitatum, ut in d. l. IX. b. t. & l. præscriptio XLV. D. eod. quod nequidem privatim possideri posse expresse ait L. XLV. D. de usucap. & largius & Bodino supra th. V. disputatum est. Sed hæc rursus in duplici differentia sunt, aliæ omnium civium usu communes sunt, ut res universitatis §. universitatis, sed hæc c. annis acquiri docet l. ult. C. de SS. Eccles. Res dotales alienari prohibuit Lex julia in l. XVI. D. de fund. dotal. quamvis non nesciamus l. III. C. de preser. long. tempor. & l. un. C. de usuc. prodot. loqui de bonis mobilibus, quas maritus qui solvendo est alienare possit. Nam hoc vitium non prorsus.

sed quasi reale est, ideo etiam potius favore personæ quā
ipfius rei ejusmodi res privilegiata dicuntur ut *Bach. ad Tr.*
vol. 1. disp. VII. th. IX. lit. C. recte scribit. Idem obtinet de rebus
pupilli, ubi ait. *Trentl. disp. XXII. th. III. Lit. G. contra pupillas nec*
incipere præscriptionem l. iii. C. quib. non objic. long. temp. præscr. nec
contra defunctum inceptam continuari ut est expressus
textus in l. b. fidei XLVIII. in pr. D. de acquir. rer. dom. l. si commu-
nem X. D. quemad. serv. amittatur, sed potius dormiat ut Vult
jurispr. Rom. c. LXXI. demonstrat. Wesenbec. π. h. n. XIV. § l. fin. C. in
quib. caus. restit. Cujac. ad l. IV. ver. si pupilli D. h. t. Lex n. ejus qui
in utero adhuc est, personam ex utilitate gerit, arg. l. XXVI. D. de
stat. homin. Idem hodie obtinet de rebus minorum quas
Justinianus pupillis ex æquavit in *l. ult. C. in quib. caus. rest. in*
integr. Licet contra illos olim cucurrisset præscrip-
tionem probet *l. un. C. si adver. usucap.* sed ijs datum fuit bene-
ficio restitutionis in integrum *l. emilius XXXVIII. D. de*
minoribus Res quoque fisci principalis usucapi non pos-
se affirmatur per *§. fisci 7. h. t. l. XVIII. XXIV. XXI. D. eod. l. ii. C.*
Comm. de usucap. quod defenditur contra l. XIII. D. de divers. § tem-
por. præscr. si verò omnino daretur contra illum præscrip-
tio ex *l. ult. C. de SS. Eccles.* esset illa centenaria quæ de-
mum in rebus ad publicum pertinentibus admittitur;
Res alienari prohibita, ut & liber homo, & quæ extra
commercium sunt: Commercium hic ita late sumi-
tur ut omnem alienandi actionem complectatur, an eo-
dem gaudeant privilegio? cum per se constet, nec nos
inijs moramur ad alia properantes.

XIV. Præter intentionem nobis hîc remoram in-
jicit quaestio de rebus merae facultatis, jure reluendi pi-
gnoris, & pacto de retrovendendo, At quam exagitata
hæc sit inter DD. controversia, nullus erit quem lateat.

Trentl.

Trentl. volum. II. Disp. XXII. tit. III. liti. Juri reluendi & pacto de retrovendendo etiam XXX. annis non posse præscribi allegatis multis rationibus probat, tale verò est argumentum: *Rebus meræ facultatis non potest præscribi, jus reluendi pignoris & pactum de retrovendendo sunt res meræ facultatis.* E. major propositio extra dubitationis aleam posita est, nemo quippe negabit, rebus meræ facultatis minime præscribi posse, quia sunt juris naturæ & per consequens non admittunt restrictionem juris positivi ut ex l. II. D. de via publ. & itin. l. si quisquam VII. D. de diver. & temp. præscr. constat. Minorem non simpliciter procedere deducit Dn. Ungepaur Exerc. Justin. VII. qu. IV. ubi tamen collatis utriusque sententiæ rationibus à negativa sententia recedendum non esse existimat quam in Camera receptam asserit Mynsing. 1. observ. VI. Geil. II. observ. XVIII. n. XI. & II. obs. XVI. sicut & Franciscus Balbus tr. de præscript. par. IV. prin. V. q. II. & III, ubi quoque habet plures opiniones existimantium, juri redimendi quod sedem habet in l. II. C. de pact. inter empt. & vendit. posse XXX. annis præscribi consulatur J. Pac. osnabr. art. 5. §. 9. sed non præscribi eo spacio verius est, ex ea ratione quia est possessor m. fidei ob pactum sc. intercedens Legis commissoriæ, quod propter scientiam rei alienæ haud permittit ejusmodi præscriptionem, quod pactum ex beneficio hujus legis competit venditori contra emptorem ut è contrario evictio emptori contra venditorem, ponuntque DD. in l. II. C. de pact. int. empt. plures limitationes, quod etiam si juramentum accesserit, tamen non posse stare, quia quod permissum est ad certum tempus non videri postea denegandum l. statu librum XI. §. Stichum D. de legatis 2. ubi egregie hæc persequitur, late tamen dissentiente Menochio consil. CCVIII. n. LXI. & sequentibus: Et
secun

secundum eandem sententiam, quòdjuri offerendi & pacto de retrovendendo, nullo unquam tempore ne C. quide ma ut plurium annorum spacio præscribatur, pronunciarì voluit *D. Augustus Elector Saxonie par. II. Constit. I. ipsum a. jus offerendi à jure reluendi diversum est, uti rectè eadistinguit Trentl. d. vol. II. Disp. XXII. th. III.* Idem obstat scrupulus de partu ancillæ quem servus surripiens pro libertate dedit domino, apud se conceptum, an dominus possit usucapere? decisio est *in l. IV. §. XVI. D. de usucap. Sabini & Casij* negativa, quia possessio quam servus vitiose nactus est domino noceret, contra *Julianus Jctus in l. IX. & X. D. pro Emptore affirmat. Donellus lib. V. Comment. jur. civ. C. XXV.* distinguit inter servum qui ante manumissionem, dedit, & qui post manumissionem, si ante illam, tunc quia inter servum & dominum nulla intercedere possit, nec consistere causa *per §. si qui XII. f. de obligat quæ ex delict. & §. VI. Ide noxal. action.* non procedere usucapionem. Si verò post manumissionem dedit, non ut servus sed tanquam liber homo dedit. Et hoc casu usucapionem procedere putat: quam solutionem non per omnia ad mittendam esse ostendit *Dn. Ungepaar. d. Exerc. VII. q. III. & Hilliger ad Donell. d. loco lit. G. in not.* ingenere autem de partu ancillæ furtivæ cùm quæritur, an usucapi possit? ad b. fidem tempus conceptionis & partus respiciendum est, ita sc. ut si ancilla furtiva & concepit & peperit apud b. fidei possessorem; tunc partus usucapiatur *per l. si aliena X. §. II. l. non solum XXVIII. in pr. D. h. t. l. LXVIII. §. V. D. de furtis l. III. C. de usucap. proemptore adde Ungepaar. d. Exerc. VII. q. III. Rimerum decad. III. q. IV. & decad. V. q. V.*

XV. Properandum nobis esset ad reliqua in in monito *Pauli Jcti in l. legavi XXV, D. de liberat. legat. stare malimus dicentis*

dicentis: plenius rogo hac attingas cum sint quotidiana: Ordine
succedit traditio sive illa vera sive ficta sit, non solum in
prescriptione, sed etiam in contractibus realibus adeo
necessaria est, ut ea deficiente contractus nullus reddatur,
cum autem sit facti non presumitur nisi probes *arg. l. pro-*
prietatis IV. l. cum res XII. C. de probation. Sicut itaque titulus
est causa, ita traditio effectus, ubi interdum voluntas do-
mini sufficiens est causa per traditionem transferendi:
Est autem traditio vera alia, alia ficta, at fictionem pro ve-
ritate haberi juris est in dubitati teste *Vultrajo 7. de Act. §. III. n.*
XXI. quæ in nostrâ materia esse potest patientia domini
id est usucapionem concedentis, ut in servitutibus, ubi
nullo necessario titulo patientia domini traditionis vice
fungitur *l. III. in pr. D. de usufr. arg. l. II. C. de servit. Bach. vol. I. disp.*
XVII. ad Treutler. Et in rebus corporalibus is videtur ali-
enare qui patitur usucapi rem suam ut eleganter loqui-
tur *Paulus 7. Ctus in l. XXVIII. de V. S.* Voluit autem Im-
perator omnes omnino res indistincte per traditio-
nem à domino factam & translata fieri & acquiri ut
dicitur *in l. XX. C. de pactis quod traditionibus & usucapionibus*
non nudis pactis dominia transferantur, plura vide apud *Cl.*
Sutbolt dissert. IV. Aphor. XXXIV. & V. ubi rerum mobilium
traditio de manu in manum translatio definitur, factæ
competit quasi traditio, hoc est voluntas domini & rati-
habilitio translationis *l. I. §. XXVI. D. de acquir. possess.* sic tradi-
tio vera consistit in facto, traditio quasi ut plurimum in
patientia, qua nimirum permittimus aliquid fieri in re-
bus in corporalibus, & hæc patientia succedit in locum
facti, per *text. express. in l. III. D. de usufructu. l. fin. D. de servit. l. &*
si VI. §. I. D. si serv. vindic. excipiuntur tamen certi tituli in qui-
bus dominium, ipso jure sine traditione transfertur, ut
D pro

pro Legato, pro Herede l VII. D. pro legato. His adde Balb. de præscr. par. 3. pr. 2. Schneid. J. b. t. §. III. n. XLVIII. & sequent. Vultejus. J. de R. D. §. XXVI per totum.

XVI. Restat ultimo loco possessio vel tempus continuum, de quibus amplior est materia, quam instituti nostri ordo admittit, aliquid tamen monebimus; Fundamentum usucapionis & præscriptionis principale esse possessionem constat *ex d. l. XXV. D. h. t.* quippe quæ sine possessione haud consistat, hinc est, quod tantum dicatur præscriptum, quantum est possessum & non plus *e. sine possessione & ibi Dynus de R. J. in 6to.* Ad inducendam ergo usucapionem aut præscriptionem opus omnino est possessione vel quasi, hæc ad incorporales illa ad corporales pertinere videtur, sed possessionē] Ctis bifariam sumi docet *Wes. in de acq. poss. n. 1 aliquando pro ipsa rei proprietate ut in l. Imperatores XVII. D. de serv. præd. rustic.* Frequentius autem & proprie pro jure quo res absq; dominij jure obtinetur *l. naturaliter XI. §. nihil D. de acquir. poss.* Ad meliorem itaque hujus requisiti cognitionem necesse est ejus naturam aliquantulum inspiciamus: ubi definitur i. jus in sistendi rei corporali non prohibita possideri ut *Zasius. Azo, Bartolus ad l. 1. D. de acquir. possess. definivere, Wesenbecius ex mente Theophili definit rei corporalis detentionem cum affectione seu animo possidendi,* nam sola corporalis detentio non sufficit, nisi accedat animi affectio, quæ proprietatem dominij adjicit, dominium autem non acquiritur sine animo & voluntate acquirentis, hinc sequitur, eum quirem aliquam possidet ut præscribat, possideat suo non alieno nomine, alias ex mente *l. IX. D. de R. V.* omnes possiderent usufructuarij commodatarij, depositarij, qui tamen revera rem possident non animo dominij, quod sciunt

unt rei proprietatem ad alium pertinere, sed solà detentio-
ne, quæ possessio in legibus duplex constituitur, civilis al-
tera, altera naturalis, in *l. x. C. de acquir. possess.* plura habet
Contius lib. 1 disp. c. 1X. illa est quæ potissimum in jure con-
sistit & animo percipitur, hæc, quæ spectatur in facto,
corpore ac detentione *l. possessio XX. D. acquir. possess. l. nemo X.*
C. eod. tit. quænam autem ad usucapionem habilis sit non
ita inepte quæritur, ratio est quia utraque adjicit domi-
nium, licet diverso respectu, & ex natura possessionis pa-
tebit naturalem haud sufficere ad acquirendam usucapio-
nem, sed civilem, quia intendit affectionem dominij in
animo. E. civilis sufficit quæ præter detentionem rei ha-
bet affectum, & utraque est productiva usucapionis, quia
eò magis procedit & æquitate & solennitate juris: Lo-
quimur verò de possessione propria tanquam potiori &
digniore, à quo etiam debet fieri denominatio *arg. l. cum*
in diversis XLIV. D. de relig. & sumpt. fun. quamvis Udalricus Za-
sus ad d. l. 1 unam tantum, nempe naturalem concedat
possessionem, quo fortasse melius sensit Baldus *impossibile*
est, inquit, duos eandem rem in solidum eadem possessionis specie
possidere, nisi uno modo pro ut homo. corporaliter est in possessione,
quæ naturalis est possessio: alio, prout possessio est in homine hoc est
in animo consistit. & talis est civilis possessio; Porro possessio-
nem ad effectum præscribendi rursus dispescimus in
continuam & justam: Continua possessio dicitur quæ
nunquam interrumpitur, sed penes usucapientem est
continuo actu & semper: hoc explicant DD. *perpetuitatem*
temporis in l. incognitione XIII. D. ad S. C. tum syl. an. l. semper XV. D.
quod vi aut clam. ita ut si uno momento interpellatur,
nulla sit, & initio debeat currere, ut est in *l. naturaliter V. D.*
h. t. sed oportet usucapientem probare continuationem,

quæ probatur si singulis Annis fructus collegit per tot annos, quot lex postulabat, & natura præscriptionis in qua se fundat, inde enim probari possessionem docet textus in l. Titia XLVIII. D. de solut. & liber. neque opus habet, probet, se singulis momentis in fundo stesisse vel præsentem fuisse Bartol. & Bald. in l. Celsus D. solut. matrim. n. XX.

XVII. Diximus hæcenus de modis usucapionem constituentibus, quantum angustia chartæ admisit restat addamus quomodo tollatur vel rumpatur usucapio, nam cum nihil tam naturale sit, ut inquit Ulpianus in l. XXXV. de R. J. quam eo genere quid ve dissolvere quo colligatum est, inde factum ut Imperator in Rubrica Digestorum tit de usucapionibus simul adjunxerit Usurpationem: quod vocabulum ad verbum usucapere contrariam relationem habet, nam usurpatio est usucapionis interruptio, sicut traditur in l. ii. §. XXXV. D. de O. J. Appium Claudium unum ex decem viris, cujus maximum consilium in XII. tabulis scribendis fuit, vulgo Centem manum appellatum, primum de Usurpationibus scripsisse, quem tamen librum temporum injuriâ ad nos non pervenisse conquerimur: Oratores autem usurpationem frequentem usum vocant ut dicitur in l. ii. D. h. t. id est quæ fit a missâ possessione ante tempus præscriptionis finitum, vel interpellatione, hoc est injectâ morâ, ut per momentum temporis usucapio rumpatur, quod quibus modis accidat in possessione, enumeratur in l. naturaliter V. D. h. t. & l. cum prætor. XXX. D. de acquir. possess. & Cicero lib III. & Oratore modis juris antiqui in amittenda possessione eleganter miscet: Dicitur autem hæc interpellatio vel usurpatio (nam indifferens vocabulorum in jure est acceptio) duobus modis fieri naturaliter & civiliter ut in sæpe d. l. naturaliter V. D. h. t. cum quis vi dejicitur vel res mobilis alicui eripitur

ec)

vel spontaneo motu quis possessionem inter mittit, vel etiam civiliter ut per citationem & litis contestationem & per juramentum interrumpitur præscriptio sicut per litis contestationem *l. nam postea IX. §. si is qui temporali D. de jure jur.* nec non per arrestationem, quæ est citatio realis, & hodie principium judicij *§. fin. J. de pen. semer, litigant.* impeditur præscriptio propter scientiam rei alienæ *Carol. Molin. consuet. paris. par. II. tit. II. gl. I. ad verb. arrest.* quamvis ex ratione *l. II. C. de annali except.* probari posse putemus solâ denunciatione & libello interpellari posse usucapionem, lite etiam nondum contestatâ, neque citatione factâ, sed DD. etiam per solam litis contestationem negant usurpationem procedere, nisi sequatur condemnatio *Oldendorp. tr. de præscr. c. III. n. XXVII. Geil. lib. I. observ. LXXIV. n. XX. sed ut recte addit Wesenb. in π. h. t. n. ult.* ante Justinianum hæc obtinebant, sublata usucapionum differentiâ sæpe *d. l. un. C. de usucap. transfor.* voluit quoque interruptionis civilis discrimina tolli, ut etiam denunciatione extrajudiciali posset fieri *l. cum notissimè VII. C. de præscr. XXX.*

XVIII. Effectus usucapionum est ut adjiciat dominium, quæ ante Justinianum hæc erat differentia, ut usucapione acquireretur dominium Quiritarium, hoc est plenum præscriptione verò dominium Bonitarium hoc est minus plenum, seu ut hodie loquimur directum & utile quam distinctionem Imperator Justinianus *in l. un. C. de nud. jur. Quirit. tollend.* removit & *l. un. C. de usucap. transfor.* in discriminatim per usucapionem & præscriptionem sed longi temporis, dominium acquiri voluit, & quam *Vultejus J. de R. D. distinctionem dominij in directum & utile, seu juri civili incognitam & ex fece Longobardorum ortam re-*

jiciat, Attamen usu communi ea recepta est & docendi causa optime tolerari potest, monente Forstero de dominio c. 7. n. L. Finis usucapionum duplex assignatur, cujus & supra meminimus, alter publicus, ne dominia rerum sint in incerto constituta, alter privatus, ut aliquis etiam litium & disceptationum forensium sit finis, per l. fin. D. pro suo l. properandum XIII. C. de judiciis l. quidam XXI. D. de rebus creditis. Et cum ulterius in prioribus thesibus vocabuli dormire usucapionem de rebus pupilli aliquid adjecerimus, videndum ne confundantur vocabula interrumpi & dormire, prescriptionem, nam aliud est dormire, aliud interrumpi prescriptionem, dormit quando stat: Interrumpitur si ita tollitur ut ab initio debeat inchoari, quæri ergo hic posset præscriptio an tempore belli vel hostilitatis currat vel interrumpatur? Et eam non interrumpi sed dormire, patet inde, quia finita hostilitate tempus sequens continuatur cum priori, ut sic perficiatur præscriptio, subducto illo tempore de medio per text. in c. Ex transmissa. X de prescriptionibus quod in terminis persequitur Balbus de præscript. par. II. prin. VI & ult. n. iii fol. DXXII Berlich. par. III Conclus. V. n. V. Eodem etiam collimant Recessus Imperij proximorum comitiorum Ratisponensium. Nec currit præscriptio constante communiione; Quare si socij steterint ultra quam XXX. annos, nec petierint divisionem, non præscribitur communiione, quo minus divisio peti possit & judicium divisorium institui l. i. §. ad hæc C. de annal. except. & gl. in l. ult. C. comm. divid. Durante itaq; communiione alter alterum socium agnoscit, quod præscriptionem impedit l. cum notissimi VII §. sed & si quis V. & l. male II. C. de præscr. XXX. annor. Porro præscriptio quæ iuducta ad lites finiendas l. ult. & LL. supr. alleg. D. Pro suo. Iperpetuam communiionem inducendo lites auget potius quàm finiret, quia

quia communio est discordiarum mater *gl. inc. i. dist. XXI. & text. in l. cum pater LXXVII. §. dulcissim. fratribus XX. D. de legat. ii. & textus moralis in l. ii. C. quando & quibus quar. pars & sic effectum contrarium haberet l. si non sortem XXVI. §. si centum. IV. D. de condict. indeb.* Adhæc in præscribendis juribus negativis (qualia sunt altius non tollendi, stillicidij non avertendi, ne prospectui officiat,) præscriptio, nisi à die contradictionis, non currit, ceu *not. in l. i. C. deservit. l. qui lumin XI. D. de serv. præd. urban.* An verò debitor contra creditorem debitum præscribere possit altioris est indaginis; negat *Tholosanus in syntagm. jur. l. XL c. VIII. n. V. Guido Papæus decis. CXCIX. per tot. quod egregiè propugnat Cothman. Consi. LXIII. volum. II. & adhac n. XXXII. infinitas DD. authoritates allegat ad contraria solide respondens, verum dum actioni præscribitur, spacio XXX. annorum eò ipso & debitum præscribitur l. XLV. in fin. D. de administ. tutor.* Sic est præscriptio moratoria supra per in curiam omissa, hinc commode venit subjicienda, quæ habetur *in l. ii. C. de prec. imper offerend. & vulgo exceptio moratoria vel dilatoria vocatur in l. XIV. C. de compens. vocantur ambages moratoria: solent enim eum in finem plerumque literæ in triennium quadriennium quinquennium (quæ ideo quinquennales Gallis dicuntur) Germanis *ausstands Brieffe,*) concedi de his quinquennalibus literis & utrum impediant executionem sententiæ parlamenti, adis *Guidon. Papæum qu. XCVII.* An etiam tales literæ concessæ creditoribus extendantur ad creditores futuros idem *qu. CIX.* negative decidit. De eadem præscriptione agit *Geil. lib. ii. obser. XLVI. n. XIV.* quod obtinens à principe moratorium rescriptum non gaudet beneficio dilationis, & quod non possit debitor amplius privilegio cessionis bonorum uti, quando accepit
dila-*

dilationem quinquennalem ut est *gl. in l. fin. C. qui bon. ced. poss.* antequam verò ei creditor dederit inducias quinquennales, omnino debitor cedere bonis potest text. *in l. fin. C. qui bon. cedere.* nisi idoneam fidei iussorem super debiti solutione præstet per *l. IV. C. de prec. imper. offer. Molle- rus. IV. semestr. c. VI. & VII. ver. von Policey ordnung de Anno MD XLVIII. tit. von verdorbenen Kauffleuten,* quod *gl.* intelligit procedere eatenus, si à fidejussoribus, fidei iussio petita sit, alias tot sunt præscriptiones quot sunt anni text. *in d. l. notissimi VII. §. in ijs etiam C. de præscript. XXX ann.* Ulterius progrediendo quæro, quo tempore actionibus & realibus & personalibus præscribi possit; ubi respondeo ex *l. sicut III. C. de præscr. XXX. annor.* omnes actiones longissimi temporis præscriptione hoc est XXX. annis præscribi nisi quæ citius præscribuntur, sic actio familiæ herciscundæ tollitur præscriptione XXX. annorum per text. *ex pr. in l. i. §. nemo C. de annal. except.* oritur enim ex quasi contractu, unde quoad præscriptionem iudicatur ut cæteræ personales actiones, quæ etiam per XXX. annos regulariter durant. *vulg. l. omnes IV. & l. sicut III. C. de præscr. XXX. ann.* & hoc est verum quando unus ex coheredib. possidet solus: tunc alter non petens divisionem infra XXX. annos, amplius non auditur, quia obstat ei exceptio præscriptionis, secus si uterq; possideat *DD. in l. fin. C. commun. divid.* ubi ponunt quod actioni pro socio seu juri petendæ rationis non præscribatur constante ac manente societate, sed eadem demum finitâ: quia actio pro socio, ut reddatur ratio administrationis, non est nata constante societate, sed ea demum finitâ, *l. actione LXV. §. XIII. & XIV. D. pro sociol tam die V. ubi Bald. C. eod. nec id attenditur quod renunciare societati potuerit, intra id tempus gl. in l. i. C. de annal. except. Quin. Balbus*

Balbus *tr. de præscr. par. IV. prin. IV. qu. XV. & XIII.* putat socium
ejusque heredem nunquam posse præscribere, propter
m. fidem ut plene notatur *in c. fin. de præscr. & in c. si dili-*
genti eod. idem confirmatur ratione hæc: Quod contra
possidentem non currat præscriptio arg. l. male agitur u-
cum ibi not. C. de præscr. XXX. annor. sed quia uterque socius
vel cohæres possidet bonapro indiviso in unzertheilten
Gutern, impossibile est ut currat præscriptio contra eum
qui possidet rem: nec obstat *text. in d. l. i. C. de annal. except.*
quia procedit quando unus tantum possidet, secus si am-
bo possideant: nam tunc præter lapsis XXX. annis divi-
sio peti potest, quam diu enim fratres stant in commu-
nitione, & simul possident, non videtur illa actio nata esse,
cum ex voluntate agentium secundum quosdam nascatur,
sic actio finium regundorum præscribitur spacio
XXX. annorum, quæ præscriptio incipit ex die motæ a-
ctionis *Bald. in l. ult. C. fin. regund.* nam antequam orta sit,
actio, non currit præscriptio *l. in rebus XXX. ver. omnis C. de*
jur. dotium objiciunt quidem *l. ii. S. cum Stichum VI. ver. fun-*
dus l. si fundum. VII. S. II. D. Proemptore, sed resolutio parata ha-
betur, ibi sc. agide dominij præscriptione, non actionis,
ceu perspicue *Balb. monstrat. de præscr. par. IV. prin. IV. qu. XIV.*
de jure canonico vero præscribuntur fines Ecclesiastico-
rum prædiorum XL. annis *c. quia judicante IX. X. de præscript.*
Citius verò præscribuntur actio in juriarum quæ anno
præscribitur *l. V. C. de injuriis.* sc. de jure prætorio, ubi o-
mnes actiones pænales annuæ sunt, de jure civili verò
non item, ibi namque sunt perpetuæ *gl. 7. in pr. de perp. &*
tempor. act. De jure verò Saxonico contrarium dicen-
dum videtur *per art. XXXI. lib. III. & Hier. Schurff. Consil. XII,*
vent. i. inquit. omnes actiones in juriarum de jure Saxoni-

E

co cen-

to censer annales, præter graviorum vulnerum & famosissimi libelli, ac ita per totam provinciam observari affirmat. Injuriatus igitur post annum continuum injuriarum actionem non habet, obstat enim exceptio præscriptionis annalis actionis injuriarum, quæ est mixta, & in vim dilatoriæ & peremptoriæ opponi potest. *Konig in process. c. LIX.* in nonnullis autem actionibus criminalibus præstitutum vicennium *l. XII. C. ad l. Cornel. de falsis*, actio de dolo biennio *l. fin. C. de dolo malo*, querela inofficiosi quinquennio *l. VIII. §. fin. D. de inoffic. testam.* condictio verò ad supplementum legitimæ perpetua est, quia est actio personalis ex lege quæ XXX. demum annis præscribitur *l. III. C. de præscr. XXX. & XL. annor.*

XIX. Cum de præscriptionibus juris civilis satis jam dictum sit, animus est & de præscriptionibus juris saxonici pauca addere, quia & hæc magnam obtinent utilitatem, ita quidem, ut major fere harum quam ex jure civili descendendum in foro præsertim Saxonico, sit utilitas; Eas autem duas saltem esse docet *Zobell. in differentiis jur. civil. & Sax. par. II. differ. 1. ut & Facbs. & Reinhardi* in suis differentiis. Altera qua res mobiles spacio unius anni, sex septimanarum, & trium dierum præscribuntur, scilicet res ab hereditate diversæ ut Res expeditoriæ *Landrecht l. 1. art. XXVIII Heergevvede*, *darzu dan geberet der beste Harnisch auff einen Leib, das beste Pferd gesattelt, und des verstorbenen Schwverd, sampt dem heerpfulle*, & hæc debentur agnato de jure Sax *l. 1. art. XXVIII.* cui quoque bona feudalia debentur si fuerit simultaneè investitus hoc est si simul cum vasallo investitus fuerit, ut si moriatur forte vasallus & nullos reliquerit proximiores heredes, ipse succedit in feudum, ut & uxor, cui debetur ex bonis
mariti

mariti donatio propter nuptias *die Leibzucht* (2) spon-
salitia largitas *die morgengabe*, (3) dimidia pars cibario-
rum domesticorum, *das mustheil*. (4.) Utensilia *die gerade*
quas res mobiles si uxor vel agnatus negligent petere in-
fra annum & diem, postea non audiuntur, sed per præ-
scriptionem excluduntur, *dan an fahrender haabe ver-
schvveiget man sich in jahr und tag* de jure Sax per d. XXVIII.
immobilia verò XXX. annis præscribuntur, & de jure ci-
vili eodem spacio præscribitur actio petitionis heredita-
tis ad instar actionum personalium l. VII C. de hered. petit.
& l. IV. C. in quib. caus. ces. long temp. præscr. ubi in d. l. VII. dicitur
mixta participans sc. de personali & reali actione & in
l. ult. in fin. C. eod. annumeratur personalibus & b. fidei a-
ctionibus, cum nulla in rem actio sit b. fidei per l. XXVII.
& sedetis. D. d. R. V. adde. l. XXV. §. XIX D. de hered. petit. exinde ita-
que non tollitur præscriptione longi temporis decem sc.
annorum inter præsentis & XX. inter absentes, sed ad in-
star longissimi temporis actionum personalium, non ve-
rò ipsa hereditas *Weichbil. art. IV. & XXI.*

Altera, qua res immobiles ut fundi, agri, inter ab-
sentes & præsentis spacio XXX. annorum unius anni
cum sex septimanis & tribus diebus vulgo *XXX Jahr,
jahr und tag* & quid sit *jahr und tag* est gl. in art. XXVIII lib. I. &
gl. *Weichbild art. IV.* præscribuntur, quæ vulgo tricenna-
lis dicitur & ad jura incorporalia ac servitutes extendi-
tur, siue sint ex jure civili continuæ siue discontinuæ quia
subtilitates hæc Romanas parum agnoscit jus Saxoni-
cum, ubi addit *Zobell. differ. II.* etiam non requiri b. fidem
sed tantum temporis circulum, ex quo satis de b. fide præ-
sumi possit post *Landrecht lib. I. art. XXIX. Carpz. par II. Const.
III. Definit. III. IV. V VII. n. I.* quando præscribitur tamen con-

tra Ecclesiam tunc XL. anni requiruntur ut est *gl. in Weichb. lib. 1. art. plura* habet Amplissimus *Carpzovius D. l. & DD. in Consulation. Saxon. atq;* hæc tamde jure Saxonico communi quam Electorali & proprio seu provinciali obtinere verum est. Hæc itaque sunt, quæ de materia usucapionum & præscriptionum in lucem proferre pro ingenij modulo ætas concessit, in quibus si forte, quæ sunt supra captum, illotis ut dicitur manibus *in l. 1. D. de origine juris*, incitiam nostram exposuerimus, cogitate
Esse aliquid prodire tenus, si non datur ultra

Corollaria.

I. Jus publicum hodiernum minime est desumendum ex jure Justiniano, alias falsum esset axioma: Tot esse jura publica quot sunt Respublicæ.

II. Pontifici Romano non competit jus convocandi concilij, quod recte ei negavit Henricus VIII. Angliæ Rex & protestantes inconvocanda Mantuam Synodo, cum id sit Imperatorum ac Regum munus proprium accedit quòd unus idemque in eadem causa non possit esse judex actor & defensor.

III. Inde Pontifici maxime denegatur potestas absolvendi subditos Regis à juramento fidelitatis & obedientiæ, deridendum ergo se propinavit Sixtus V. Pontifex quando Henricum III. Galliarum Regem ob eadem fratrum Guisiorum, Ducis ac Cardinalis à se mandatam, fulmine banni ab Ecclesia Romana secluserit, omnesque subditos à juramento & subjectione Regis solutos pronunciaverit *Metern. lib. 15.*

IV. Neutiquam absurdus est *Bodinus quando lib. II. de Rep. c. II pag. CCXCVI. & lib. III. c. 8. statuit Nimerodum principem*

pem omnium primum imperium in Assyria arripuisse, servitia hominibus imposuisse, & ita ut bonum politicum, monarchiam primum in duxisse, inde dicitur potentissimus venator id est in lingua sacra latro, Nimerodus, id est Dominus metuendus.

V. Dispensare est facere ut lex in aliquo casu non valeat, sed nullus homo contra legem naturæ dispensare potest. E. princeps omnino est sub lege naturæ contra factum Cambyfis, Caracallæ, Anaxarchi philosophi consolantis Alexandrum ob Cliti cadem mæstum, quem tamen innocentem dixerim, tot ac tam atrocibus verbis à Clito servo instigatum, *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 8. p. 152.* nec putarim tam Cambyfen contra jus naturæ peccasse, ac consiliarios, contra eam dispensantes, nec tam Caracallam, jus naturæ transgressum esse, rogando de incestu, quam novercam sui potestatem contra id faciendo; magis fortasse erecta fuit mens matri Dionysii Siciliae Tyranni quæ dixisse scribitur filio stuprum ei inferre conant ponatur Tyrannum quidem leges civiles posse mutare, sed jura naturalia prorsus tollere nullo modo posse.

VI. Non licet Electoribus sine justissima causa testamento tutores dare, sed expresse lege publica *in A. B. t. 7.* cautum est, ut primo geniti proximus agnatus tutor sit, dum legitimam minorennis ætatem attigerit, quæ in Electoribus octavus decimus esse censetur: Ipsa etiam tutelæ datio in privatis hodiè non amplius legis sed jurisdictionis seu imperij est.

VII. In omni lege triplex est vis: una ostendendi quid faciendum, quid non, altera dirigendi sive obligandi, ut id facias; tertia cogendi, ut panam statuatur, illi connexa est legum interpretatio triplex: Doctrinalis, extensiva & restrictiva.

E 3

stensiva



VIII. Lex Regia est qua populus Romanus principi & in principem omne imperium suum transtulit, *l. i. D. de constit. princip. qua in l. ex Imperfecto iii. C. de testament.* lex imperii vocatur, contra *Johann. Corasium & Franciscum Connanum i. Commen. c. ult. n. iii.* quam, verosimilius est secundum *Dionem Cassium lib. LIII. & Dion. Halicarnas.* tempore Augusti quam Vespasiani latam esse, unde & augustum privilegium vocatur *in l. ult. § pen. C. de caduc. tollend. & lex Augusti in l. XIV. in fin. D. de manumiss. testam.* sed non nisi legem Imperij ab initio postea demum ab effectu legem regiam appellatam esse *d. l. iii. C. quod autem mentio sit, legum Regiarum ut in l. ult. D. de mort. inferen.* id non de hac sed de legibus sub Regib. primis latis subintelligendū: sub Vespasiano enim potius renovatam quam primūm introductam probaverim per monumenta vetera teste *Tiberio Deciano*, & pene coincidit hæc lex quoad effectum cum lege regia Hebræorum *qua i. Sam. c. VIII. v. XI. & seqq.* describitur, nisi quod hæc terribilior populo Israelitico annunciata fuerit, illa majori dissimulatione & clementia ab Augusto recepta sit, quæ lex Regia R. Imperatores hodiernos non ligat, cum habeant Legem Regiam Germani quam Palatinam vocant ut *Goldast. in præf. Consist. par. 3*

X. Recte dicitur *in l. XIII. D. ad l. Aquil.* quod nemo habeat in corpus ac vitam dominium *E. v. r. Regia* omnes jure est prohibita ut docent *Lipsius cent. ii. epist. XXVI. Heig. par. II. qu. XXXVI. Carpz. præc. crim. par. i. qu. ii. n. XXV. VI. VII. IX. & XXX. contra Senec. epist. XXVIII.* jure itaque ijs hodie ex *placuit XII. caus. XX. qu. V. & additiones ad gloss. jur. Sax. in art. XXXI. lib. ii. & Schneidw. § summa divisio n. XXXI. §. de Interdict.* quemadmodum & olim apud Hebræos, sepultura honesta denegatur.

XI. Ali

XI. Aliud est moderamen inculpatæ tutelæ: aliud est excessus moderaminis, illud & jure naturali licitum est, & jure civili, sedemque suam habet in l. III D. dej. & 7. l. XLV. §. IV. D. ad L. Aquil. l. XII. C. Quand. lic. se. sin. judic. vin, l. III. §. IX. D. de vi & vi armat. l. I. C. unde VI. l. V. D. ad L. Aquil. & consistit in tribus requisitis in causa, modo, & tempore, hoc est in vitæ periculo, in continenti non ex intervallo temporis, & tantum ad defensionem fiat, quod si unum horum non recte se habeat, non est moderamen, sed est excessus moderaminis, cujus pæna in arbitrio judicis est posita de qua agit Carpz. pract. Crimin. par. I. qu. XXX. n. LXIV. Const. Cr. Car. V. art. CXL. & CXLII.

XII: Placet opinio Canonistarum quæ habet: filium majorem individendis bonis paternis habere divisionem, minori datâ optione per c. I. X. de paroch. ibi Petr. de Anchor. & Johan. de Anania in c. qualiter & quando XXIV. X. de accusat. Quib. adstipulantur Augustinus lib. de civit. Dei & ex eo Bald. in l. si major IV. C. comm. divid. confirmantes sententiam suam auctoritate S. scripturæ per c. XIII. Genes. ubi facta est divisio inter Abrahamum & Lothum datâ ab Abrahamo Lotho electione tanquam minori & omnino standum esse huic juri cum Canonistis vult Jason, præsertim cum pro opinione Legistarum nulla detur clara decisio, ex cujus mente divisio bonorum sorte fieri debeat, ut statuunt DD. in diversis legibus, & ubivis tere contrarium obtinere Mynsing obser. XXXVII. centur. IV. Tiraquell. de jure primogen. observarunt, cui & auctoritas juris Saxonici in his terris accedit, quæ lib. III. art. XIX. dicit. Vvo z vvey man erbe nehmen sollen, da soll der Alteste theilen und der Jungste kiesen, concludo ergo opinionem veriolem, & usitatiolem ubivis obtinere cui etiam merito standum

dum in foro civili *text. est in C. i. de nov. oper. nuncia. & c. clerici VIII. X. de judiciis* propter theoreticam quam habet jus canonicum circa causas peccati accuratam, cum hac tamen limitatione, nisi statuto aut consuetudine alicujus loci contrarium inductum sit, tunc enim *per l. IX. D. de j. & j. vigorem*, statutum tollit jus commune, in loco ubi est statutum, quod stricte accipiendum est, in casu de qualis est *per l. XCIX. D. de V. O.*

XIII. Mare & flumina navigabilia hodie regalibus accenseri verum est *ex lib. ii. feud. t. LVI. dixerimus ad eoque §. i. & V. j. d. R. D.* sibi haud contradicere, de quo tamen putat magnus ille *Grotius intr. de mar. libero* usum maris prohiberi minime posse, quod cum *Seldeno de mar. clauso* defendere sustinebimus quod omnino mare ejusque usus ex consuetudine proprius factus sit, quia jus naturæ immutabile est ratione substantiæ & essentiæ, mutabile vero est ratione accidentium ita *Seldenus* mare clausum dicit ex jure naturæ competente.

XIV. Jus *ωεγνησιως* sive retractus, de quo est constitutio *Friderici I. Imperatoris & l. dudum XII. C. de contraemption.* competit solis propinquis quid constitutione recensiti sunt, & adhuc hodie obtinet, ita ut omnes extraneos emptores expellere possint, quibus consentiunt de eodem jure *l. XXXV D. de minor. peto Luci LXIX. §. III. D. de leg. II. lex XXII. C. de administr. tut.* non igitur est quod amplius de eo dubitetur, etiam de jure Saxonico si consensus agnatorum in venditione feudi non adfuerit, habent illi jus retractus *per novell. Augusti par. III. constit. XXXII. & II feud. c. ult.*

T A N T U M.

DA A 6620


ULB Halle
002 937 557


3



EL DA







33.

DE
USUCAPIONIBUS ET
PRÆSCRIPTIONIBUS

PRÆSIDE
NOBILISSIMO

GOTTFRIDO SUEVO;

JCTO, CODICIS P.P. CURIÆ ELECTORALIS,
FACULTATIS JURIDICÆ ET SCABINATUS
ADSESSORE

Amplissimo, Patrono Præceptore.

DISPUTAT

ANTONIUS BERTRAM *SENN*

Ad diem 21. Decembr.

In Auditorio Jctorum.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

Anno MDC LIV.

